# DEDICATIO.

## ILLUSTRISSIME DOMINE

LEges Romanæ Teſtatorem irridēt, qui domino rem ſuam legat: quid mihi futurum eſt, qui TIBI tuam dedico, nulla re quam panni ad purpuram aſſumento auctiorem? niſi TIBI quidem inter meliorationes, quas vocant, atque incrementa referre placeat, quicquid qualitercunque, hortatu tamen Tuo, huic fundo inædificatum eſt. Grandiorem ſanè librum recipis, utinam & meliorem! neceſſarium tamen videbatur, nonnulla aſperius dicta complanare. Alteri, quàm TIBI inſcribi, ne ipſe quidem NIZOLIUS velit, per te è diuturni carceris longo ſqualore erutus, tuo beneficio redivivus, tuo judicio unicè triumphans. Eſt in eo acuminis ſatis, plurimum